Voce mea ad dominum clamavi
voce mea ad deum et intendit mihi.
In die tribulacionis mee deum exquisivi
manibus meis nocte contra eum et non sum deceptus.
Renuit consolari anima mea memor fui dei
et delectatus sum et exercitatus sum et defecit spiritus meus.
Anticipaverunt vigilias oculi mei. turbatus
sum et non locutus sum.
Cogitavi dies antiquos et annos eternos in mente habui.
Et meditatus sum nocte cum corde meo et exerci-
tabar et scobebam spiritum meum.
Numquid in eternum proiciet deus et non apponet
ut complacitior sit adhuc.
Aut in finem misericordiam suam abscindet a gene-
ratione in generationem.
Aut obliviscetur misereri deus aut continebit
in ira sua misericordias suas.
Et dixi nunc cepi hec mutatio dextere excelsi.
Memor fui operum domini quia memor ero ab inicio

License: cc-by-nc – Frauenfeld, Kantonsbibliothek Thurgau, X 130 II, rear flyleaf verso – Psalter
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-b5bq/10896/78836)